
Positiones utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.3

Auteur(s) : Hubert Ignace Irland de la Maingouere

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Poitiers)

Imprimeur : Faulcon fils

Période de création : 2e quart 18e siècle

Date de création : 1732

Description : Une feuille aux bords froissés et tachés. Deux déchirures sur les bords droit et gauche ont été réparées au moyen de papier collé au verso. Une estampe (gravure sur bois) dans la partie supérieure.

Mesures : hauteur : 500 mm ; largeur : 387 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention de la licence, Hubert Ignace Irland de la Maingouere, le samedi 21 juin 1732, à Poitiers. Les articles de droit civil traitent de la propriété (au sens de possession et jouissance d'une chose). Les articles de droit canon portent sur les conditions de mutation des évêques. L'estampe représente les armes de l'université de Poitiers. En bas de la feuille se trouvent les paraphes datés du lieutenant-général de Poitiers, ainsi que du président et des membres du jury, attestant que la soutenance a eu lieu.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.



POSITIONES

UTRIUSQUE JURIS

CIVILES. CANONICÆ.

Ex Tit. ff. De acquirenda vel amittenda Possessione.

POSSESSIO, quæ in genere dicitur detentatio, strictius definiri potest, jus inlittendi rei corporali, quæ sit in hominum commercio.

Latissima Possessionis divisio est, ut vel sit iusta, bonæ fidei, & civilis; vel injusta, malæ fidei, & naturalis.

Possessionem adipiscimur corpore & animo simul, utrumque enim concurrere oportet.

Nec solum possidemus per nosmetipsos, sed etiam per filios-familias, & servos proprios aut communes, imò & per servos alienos, & liberos homines quos bonâ fide possidemus.

Generaliter quisquis omnino nostro nomine sit in Possessione, veluti procurator, hospes, amicus, nos possidere videmur.

Res tam mobiles quam soli, si certæ sint, possideri rectè possunt.

Quamvis Possessionis plures possint esse causæ, plures tamen non possunt esse ejusdem rei possessores in solidum.

Illud à veteribus præceptum est, neminem sibi ipsi Possessionis causam mutare posse.

Corpore solo Possessio non amittitur, quæ solo animo potest retineri.

Ex Tit. Extra. De Translatione Episcopi. Apud Gregorium.

TRANSLATIO est Episcopi, vel electi ab una Ecclesia ad aliam legitime facta transpositio, seu migratio.

Episcoporum Translationes veterum Conciliorum Canonibus prohibebantur.

Non aliter hodie permittuntur, quam si iusta causa subsit.

Si Episcopus transferatur ex iusta causa, votum stabilitatis non infringit.

A majori Episcopatu ad minorem, regulariter non fit Translatio.

Libera potestas non est Episcopo semetipsum transferendi ab una Ecclesia ad aliam.

Neque Translatio sine Superioris auctoritate fieri rectè potest.

Ut Translatio Sacerdotis ad Episcopum, ita olim Episcopi Translatio ad Metropolitanum pertinebat.

Nunc verò non ambigitur solum Summum Pontificem Translationes Episcoporum admittere posse.

Has Theses (Deo Duce, & Auspice Dei-parâ) ac Præside Clarissimo Viro Dom. Dom. CLAUDIO CHESNEL, Consiliario Regio, & in Academia Pictaviensi Antecessore consultiſſimo, tueri conabitur HUBERTUS-IGNATIUS IRLAND DE LA MAIN-GOUERE, Urbis & Diocesis Pictaviensis, die Sabbati vigesima-prima mensis Junii, horâ decimâ. Anno Domini 1732.

IN PUBLICO JURIS AUDITORIO.
PRO LICENTIATU.

Typis FAULCON Filii, Academia Typographi, è regione viz Franciscanæ.

Presentes annos Leutenant genera (Episcopi) sunt de vigesima prima mensis Junii anno millesimo septingentesimo vigesimo secundo.
M. de la Main-Gouere
Chesnel
Ireland de la Main-Gouere
Chesnel
Ireland de la Main-Gouere